

quis civium^x Wiennensium^x naufragii^y casum incurrerit, res suas, quas ab impetu torrentis manus hominis asportavit^z, libere possit repetere et habere a quolibet detentore, cum indignum^a penitus censeamus inmisericorditer reliquias naufragii detineri^b per hominem, quibus rapacis^c fluminis^d seviens unda pepercit^e.

Statuimus itaque et presentis auctoritate privilegii^f prohibemus, quatinus^g nullus dux, marchio, comes, advocatus, scultetus vel^h aliqua persona ecclesiastica vel mundana, humilis vel sublimis contra prescripte gratieⁱ ac concessionis nostre tenorem^j venire^j presumat^k. Quod qui^l presumpserit, in vindictam temeritatis sue^m centum libras auri seⁿ agnoscat^o, medietatem videlicet camere nostre et reliquam passis iniuriam persolvendam^p. Ad quorum omnium predictorum memoriam et robur perpetuo^q valiturum presens privilegium fieri fecimus et bulla aurea tybario^r maiestatis nostre inpressa^s iussimus insigniri. Testes autem huius^t rei^u sunt^v: venerabiles^w Sifridus^x Maguntinus^y, Eberhardus Saltzpurgensis archiepiscopi, Ekpertus^z Babenbergensis, Sifridus^a Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Rudegerus^b Patauiensis, Chunradus Frisingensis episcopi, Otto comes palatinus Reni dux Baubarie^c, Heinricus^d lantgravius^e Duringensis^f comes palatinus Saxonie, Bernhardus dux Karinthie, comes Hainricus^g de Ortenburch^h, Hermannus marchio de Baden, Chunradus purgravius de Nuernberchⁱ, Gotfridus de Hohenlohi, Fridericus^k de Truchendinge^l, comes Hermannus^m de Diligen, comes Hermannus de Ortenburchⁿ, comes Wilhalmus de Hivnburch^o, comes Chunradus de Hardeke^p, Hainricus de Schavmberch^q, Hainricus^r de Prunne, Irnfridus de Hintperch, Hadmarus de Sunneberch^s et^t alii^u quam plures.

x) Winnensium civium C, Wyennensium civium D, Wiennensium civium E.
y) nafragii D. z) absportavit CE. a) indingnum E. b) detinerii C. c) rapaci B. d) fluminis rapacis D. e) folgt [Ut nullus hoc privilegium infringat] D.
f) privilegi C. g) quatenus E. h) seu DFG. i) fehlt D. j) venire tenorem D.
k) presummat C, presumant D. l) quicumque B. m) fehlt B. n) compositurum se B.
o) cognoscat DFG. p) persolvendum CE. q) in perpetuum B. r) tybario D, tympano E. s) impressa C. t) hii B. u) fehlt B.
v) folgt S.R.O. etc. B, die Namen fehlen BFG. w) D, venerabilis C, fehlt E. x) CE, Syfridus D.
y) folgt et alii multi nobiles fide dingni E, die übrigen Namen fehlen. z) C, Ekbertus D. a) C, Syfridus D. b) C, Rugerus D. c) C, Babarie D.
d) D, fehlt C. e) C, langravius D. f) C, Thurin(gie) D. g) C, H(e)inr(icus) D.
h) C, Hortenburg D. i) C, Nurnberch D. j) C, Hohenloch D. k) C, Fridricus D.
l) C, Thruhendinge D. m) D, Hartmannus C. n) C, Ortenburg D. o) C, Heunenburg D.
p) C, Hardek D. q) C, Schavmberch D. s) C, Svnnerberch D. r) C, H(e)inr(icus) D. t) hier setzt B wieder ein. u) BC, fehlt D.